



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Anthologia Sacra

Ex Probatissimis Vtrivsqve Linguæ patribus collecta, atque Octastichis
versibus comprehensa

Billy, Jacques de

Parisiis, M.D.LXXV.

De mundanorum gaudio. 76.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50828](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50828)

haudquaquam tam eū ferire, verum id dūtaxat agere, vt eū timore afficiat, atq; ad melioris vitæ studium excitet.

De mundanorum gaudio.

76.

*Qui sonus est medio spine flagrantis in igne,
Hic sonus in stulti prosperitate viri est.
Quod si nosse cupis quæ sit sors fausta malorum,
Vindicis est pœna nescia vitæ nocens.
Ludere, bacchari, grauidis incumbere mensis,
Ridere, Et carni semper amica sequi:
Nullas interea febres, nec ferre labores,
Læticia est hominis sorsque beata mali.*

SCHOLIA.

Qui sonus est) Salomon in Eccle- *Eccle. 7.*
siaste suo de impiorū læticia ver- *Et Ibi*
ba faciens, sicut, inquit, ignis spi- *Ferus.*
narum ardentium sub olla, sic ri-
sus stulti. Quā quidē similitudinē
Ferus elegāter ad hunc modū ex-
ponit. Risus significat totā vitam
stultorum, quæ ipsos delectat: sed
est tantum externa larua lætitiæ,
non verū gaudiū. Pulchrè autem

q ij

S A C R A

Ioan. 15.

stultos spinis comparat. Sunt enim omnino intractabiles, & ad nihil aliud utiles, quàm ad ignem iuxta illud, Omnem palmitem non ferentem fructum tollet &c. Pulchrè etiam vitam & summum stulti comparat ardentibus spinis. Ignis enim in spinis subditus est, & valde crepat: sed evanescens est. Plus est ibi flammæ, quàm ignis. Minatur horrendum incendium: sed mox ubi cessat flammæ & sonitus, ibi etiam ignis est extinctus. Ignis ergo spinarum sicut veprium, nõ calefacit, non penetrat: & tamen habet maiorem speciem, quàm ignis prunarum, quia non habet multum flammæ, sed tamen maximũ ardorẽ. Sic etiam stultorum speciem habet quasi perpetuò duratura, & putatur ubi tantum virium esse, quantum flammarum; sed nihil minus. At

momentum enim lætantur: mox
 veniunt aduersitates & frangun-
 tur, & omnia iacent in despera-
 tione. Vidi impios exaltatos si- *Psal. 36.*
 cut cedros Libani: transiui & ec-
 ce non erant. Præterea impij non
 aliter nisi insano more lætantur,
 sine timore Domini: nullusque
 neque modus, neque finis est il-
 lorū iactantiæ, vt illorum strepi-
 t^{us}, ab omnibus audiatur. Verum
 exiguo tempore durat. Exultabāt
 Philistæi capto Samsone, item *Judic. 16*
 que arca Dei capta: sed breui tē- *I. Reg. 4*
 pore. Exultabant filij Benjamin
 fugatis decem tribubus, sed ad
 breue tempus. Postea enim om-
 nes occisi sunt. Ingentia molie-
 batur Iulian^{us}, sed nubecula erat,
 & citò transibat. Quòd autem ad
 eam mundanæ lætitiæ definitio- *De ver.*
 nem attinet, quam postea affero, *Dom.*
 hanc mihi suppeditauit Augusti- *Serm. 37*

S A C R A

nus, sermone quodam his verbis
 vtens. Quid est hoc seculum, &
 quod est gaudiū seculi? Seculi la-
 titia est impunita nequitia. Luxu-
 rientur homines, fornicentur, in
 spectaculis nugentur, ebriositate
 ingurgitentur, turpitudine fed-
 dētur, nihil mali patiantur: vider-
 tis seculi gaudium. Ista mala, que
 cōmemorauī, nō castiget fama,
 non belli timor, nō aliquis me-
 tus, non aliquis morbus, nō vlla
 aduersitas, sed sint omnia in re-
 abundantia, in pace carnis, in se-
 curitate malæ mentis: Ecce videtis
 seculi gaudium.

Socordia nostra fieri, vt
 in grauia peccata
 prolabamur.

77.

Ex templo non tecta ruunt, sed decidit imber
 Paulatim, ac tecti culmina summa cauat.
 Sic tectum primò vitiatur, tignaque posthac:
 Denique sic sequitur tota ruina domus.